

Art. I. II. & III.

50

Quæst. III.

omnipotentem, incomprehensibilem; concepi-
mus etiam eum, sapientiam infinitam, bonum
per essentiam, id est, non per participationem ab
alio, &c. At licet haec unum prædicta Deo propria
concipimus, non tamen concepimus prædicta
incomplexa, sed complexa, potiusque cognosci
mus de Deo quid non sit, quam quid sit, ut Dio-
nysius tum cap. 2. de coelesti hierarchia, tum ali-
bi, & Damascenus 1. libro fidei orthodoxæ cap.
4. alijque Patres atque Scholastici Doctores af-
firmant. Verba Dionysij haec sunt. Nonnumquam
diffimilis interpretationibus, qua negant, aesi-
dem Scripturis laudibus divina essentia ornati-
vur. Vt item eam, ut ita dicam, insubilem di-
cunt, immensam, atque incomprehensibilem: qua
quidem non quid sit, sed quid non sit significant.
Hoc enim mea quidem sententia magis propriæ
in ea dicitur. &c.

Q V A E S T I O III.

Dei simplicitate.

Ordo que-
stionis hu-
ius ad pra-
cedentes,
& sequen-
tes.

Demonstratum est quæstionè prece-
dente, Deum esse. Quoniam vero
in hac uita cognoscere non possumus de Deo quid sit, sed potius
quid non sit, remouendo ab eo im-
perfectiones creaturarum, ut ad finem quæstio-
nis precedentis ostendatur: id præstat D. Thom-
as quæstionibus sequentibus. Hac ergo 3. q.
ostendit, Deum esse simplicem omnino, id est,
carere omni genere compositionis.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit corpus.

Etor eori
qui Deum
esse corpus
asseverat.

Tertullianus, ut Augustinus de hereti-
bus, heresi 86. refert, in eo fuit error,
ut diceret, Deum esse corpus. Eum tam-
en nimirū ibi excusat Augustinus,
quod fuit in eo sensu intellexerit esse corpus,
quod non sit nihil, sed substantia indivisibilis,
ubique praesens. Hereti Vadiani nuncupati, al-
feruerunt, Deum esse corpus cum membris & ef-
figie instar hominis, ut Augustinus ibidem her-
esi 50. refert. Qui ob eam causam Anthropo-
morphite dicti sunt.

Conclusio
Deus non
est corpus.

Contraria conclusio Divi Thomæ, qua
positio ex partibus integratibus à Deo remoue-
tur, est, Deum non esse corpus. Ea uero est aperte-
tè de fide, ut constat ex illo Ioannis 4. spiritu se-
stus. Quod Christus ideo Samaritanæ dixit, ut
eam doceret, Deum, tamquam ubique per essen-
tiam presentem, eis in spiritu ubique adorandum.
Ex quo rursus confirmari potest, Deum non
esse corpus: alias neque penetrari cum alijs
corporibus, neque totus ubique posset esse praesens.
Idem constat ex alijs locis Scriptura. Defini-
tumque est in Concilio Lateranensi 2. sub In-
nocentio 3. capite Firmiter, de summa Trinitate
& fide Catholica, illis verbis: *Vna substantia
simplex omnino.*

Conclusio huius articuli euidenter, ni fallor,
nō nobis demonstrata est articulo ultimo quæstio-
nis precedentis, ratione 1. 2. & 4. quibus demon-
strauimus Deum esse.

Circa materiam huius articuli uidendum est

A Augustinus 3. libro Confessionum cap. 7. li-
bro 1. de doctrina Christiana cap. 7. & 8. lib. 6.
de Trinitate cap. 6. & 7. & libro 11. de ciuitate
Dei cap. 10.

Vtrum coactus animatum sit, & utrum ui-
uens perfectius sit non uiuente, qua duo hoc lo-
co tangit Caicetus, disputata à nobis sunt 2. de
cello cap. 2. q. 1.

ARTICVLVS II.

B Vtrum in Deo sit compositio forme,
& materia.

ANDeo non esse compositionem ex for-
me & materia, est de fide, ut constat
ex Concilio Lateranensi 2. capit. fir-
miter, & capite damnatus, de summa
Trinitate & fide Catholica. In quorum pri-
mo dicitur, *in Deo unam esse essentiam, substi-
tutam, seu naturam simplicem omnino.* In altero,
de substantia Patris dicitur, quod indimibili-
s fit, *nepote simplex omnino.*

Confirmatur, quia quod constat materia &
forma, est corpus: materia namque partes inte-
grantes habet, subiectumque est triplex dimensio
nis: sed ostentum est articulo precedente, tum
rationi naturali, tum etiam fidei repugnare
Deum esse corpus: ergo contradicemus & ratio-
nem naturalem est affirmare, Deum materia &
forma constare.

Deinde confirmatur contrarium esse ratione
naturali: primo, quoniam materia de se est pura
potentia comparatione formæ: ergo indiget
causa efficiente, qua reducatur ad actum. Si ergo
Deus constat materia & forma, dabitur causa effi-
cientis prior Deo, à qua producatur, quod con-
tradictionem implicat: cum nomine Dei, pri-
mum quoddam efficientis intelligamus, quod ex
se, & non ab alio habeat esse, ut articulo ultimo
rationes precedentis vistum est.

Secundo, quoniam (ut argumentatur D. Thom-
as inferius artic. 7. & 1. contra gentes ca. 18.) si
in Deo esset compositio ex materia & forma,
aut quovis alio modo ex partibus, aliquid esset
prius Deo, saltem natura; atque eo simplicius,
quandoquidem partes priores natura, & simpli-
iores sunt suo toto consequens tamen absurdum est, & impossibile: cùm nomine, *Dei pri-*
mum ens simpliciter intelligamus.

Addit, quod aliquid esset in Deo, qd non es-
set Deus: quandoquidem, quod materia & for-
ma constat, neque est sua materia, neque sua
forma. Vide rationes alias D. Thomæ hoc loco,
& 1. contra gentes cap. 16. 17. 18. & 20. Scoti in
l. distin. 8. quæst. 1. & Durandi quæst. 4. De prin-
cipio individuationis, cuius in reponctione ad
tertium meminit D. Thomas, diximus 5. meta-
physicæ.

ARTICVLVS III.

F Vtrum si idem Deus, quod sua es-
sencia, uel natura.

DEUS idem cum sua essentia & na-
tura, est de fide, ut constat ex Concilio
Lateranensi, capite firmiter, de summa
Trinitate & fide Catholica, ubi ita ha-
betur. *Vnus est solus uerus Deus, Pater, & Filius,*
Spiritus.

Deus non
constat ma-
teria & for-
ma.

Deus idem
cum es-
sencia & na-
tura.